

ST. BARB

V X
42

PRODOTTO SCF: LABORATORIO FOTOGRAFICO, 56 GIU
LABORATORIO FOTOGRAFICO, 56 GIU

NUMERO	DATA	ORA	PRODOTTO	SCF	LABORATORIO
191	191	5332	X	50	
191	191	5319	X		X
191	191	5313	X		X
191	191	5309	X		X

di ogni pezzo del 191-196
con l'etichetta originale (ogni pezzo deve avere l'etichetta)

42

BIBLIOT. AP.
Stamp. Barb.
V.X
42
VATICANA.



arb.
K
VATICANA.





V. X. 42.

[Handwritten scribble]

SEMINARII

PATRIARCHALIS

In Funere Clarissimi viri

IOANNIS BAPTISTAE

CONTARENI

Illius, & Erectoris, & Protectoris Optimi

LACHRYMÆ.

Ad Illustrissimum, & Reuerendiss. S. R. F.

Cardinalem, & Venetiarum Patriar-
cham Augustissimum.

LAVRENTIVM PRIOLVM.



Venetijs, Apud Georgium Angelerium 1599

ILLVSTRISSIMO

AC REVERENDISS^{MO}

S. R. E. CARDINALI,

& Venetiarum PATRIARCHAE meritissimo,

LAVRENTIO PRIOLO.

~~~~~

MAVRITIVS DE DOMIS MEDIO-

lanensis Clericus Regularis Congregationis

Somasche felicitatem.



VAB in obitu Clariss.viri IOAN-  
NIS BAPTISTAE CONTARENI  
Seminarij tui, & parentis optimi,  
& protectoris vigilatissimi, ac de  
Somaschenfi Religione optime  
meriti, vel ex me depromissim  
vel ab alijs tum nostrae Religio-  
nis, tum Seminarij Clericis, qui  
ex hoc quasi fonte doctrinam adhuc hauriunt conscri-  
pta collegissem, imprimenda cum forent, tibi addicaui  
CARDINALIS Amplissime; Stimulo ad id praecipuo  
fuit singularis animi tui in Contarenum propensio, fa-  
cturum me operepretium ratus, si amicissimi hominis  
vitae cursum rudi quamquam delineatum Oratione,  
veluti quodam in speculo tibi proponerem; illius enim

A 2 intuitu

intuitu posse tantisper animum recreari sperabam, ex cuius iactura maximam contraxisse videbatur ægritudinem; certè plurimum id afferre cōsuevit voluptatis, si quorum nobis vita arctissimis amicitiae nexibus conlociata erat, neq; satis per mortem dissociata, naturalis quæpiam effigies occurrat. Expressi **CARDINALIS** Amplissime non egregijs fanè coloribus, sollicita tamen industria, quantum per temporis angustias licuit, **CONTARENI**, & vitam, & animum, non eos imitatus pictores, qui labefactatas ab inimica vetustate imagines subtiliori dum perpoliunt arte, corrumpunt potius, quàm adumbrent; Tantus, scilicet inerat **CONTARENO** virtutum splendor, quem si verborum circuitu tentassem illustrare sine dubio denigrassem. Hoc igitur qualecumq; illius veluti simulachrum tibi offero, quod & Somaschensium Patrum, & totius Seminarij non vulgaris in te obseruãtia leuè quidem erit argumentum si res ipsa spectetur, maximum tamen si præponderetur affectus. Gratorum excipias velim animo, sic enim fiet, vt & terribili lioris dentes effugiat, (virtutem nimirum, & Maiestatem pertimescent Lauri, cuius recondita quædam vis fulmina quæque arcet eminens) & ad pristinum nostræ Religionis in te studium nouus cumulus accedat. Vale.

Ex Seminario ix. Kal. Aprilis M. D. XCIX.



A D  
**LAVRENTIVM PRIOLVM**  
S. R. E. CARDINALEM.

**L**AVRE Pater duplex cingit, cui tempora vitta  
Cui iam ceruleus, nunc capiti ardet apex  
Quid mestus lachrymas oculis effundis obortas?  
Quis tristis subito concutit ossa dolor?  
Nil inuat en fletus; nigris circumuolat alis  
Mors, certo & quisquis tempore falce cadit,  
Qualis acuta fugit forti vibrata lacerto,  
Atque celer ferro signa sagitta ferit:  
Sic hominis paruo fugiunt, & tempora cursu,  
Ociore, & celeri cuspide vita fugit.  
Ast ubi felici cursum perfecit ictu,  
Optatæ metæ præmia digna feret:  
Caude igitur, lachrymas oculis inhibeto, peregit.  
Læto namque dies omine vita suos,  
Et quoniam mentem macula detorsit ab omni,  
Mens leuis in caelos immaculata redit.  
Angelicam vitam cæ'ebis hic duxit in orbe,  
Nunc meret Angelici laurea ferta chori.  
Hic virtus famam æternum protraxit in auum,  
Illuc nec longos finiet ille dies,  
Ergo licet tristes animo deponere curas  
Hoc Namque ætheream numine habebis opem.



IOANNI MOZZANEGAE,  
IN PATRIARCATU  
VENETO  
VICARIO GENERALI  
& Prothonotario Apostolico,  
ODE.



Rbor, quæ umbriferis collibus hæserat  
Cypri, & frugiferis brachia ramulis  
Tendens montibus altis  
Flauas extulerat Comas:  
Oras Hadriacas, culta maris loca  
Quærens, munifica littora patria  
Liquit, questibus implet  
Mæstis quæque suis Venus  
Hunc Summo Deus è vertice stipitem  
Cæli prospiciens vexit ad æthera,  
Et tristes sine fine  
Quæstus dissimulat Deæ.  
CONTARENA domus progenies Deum  
Hæc est, quæ nitido iam gremio Cypri  
Educta appulit oris  
Istis Hadriaci Maris  
Amissam queritur, tum patrio sinu  
Ereptam sobolem, Diua potens Cypri,  
Quæstus Iupiter audit  
Litæm, & iurgia vt auferat.  
Hæc, dixit, superum sedibus altior  
Fulgebit nitidis: Patria sit polus,

Ramus,

Ramus, qui vltimus extat  
Trunco iamq; sit insitus,  
Cur ergo lacrymas Alme Pater? decus  
Si est nactus moriens. Quod tibi forsitan  
Charus; nexus atq; idem  
Concordes animos reget:  
Iam tandem gemitus comprime; lacrymis  
Istis pone modum, Crede viget Polo  
Diuum, & numina poseit,  
Quæ sacram tibi opem ferant.

AD ALBERTVM CONTARENVM.

SEMINA si sulcis doctus committat arator  
Latas non fruges terra benigna refert,  
Hic viden hybleos flores, quos parturit hortus  
Assidua Patru cultus, & auctus ope.  
His sua perpetuo vernabit floribus vna,  
Vt claras nectant florida ferta comas,  
Te monumenta manent præclaræ stirpis auitæ  
Quæis valeas nomen tollere ad astra tuum.  
Fixa pedum ponas pressis vestigia signis  
Hæc nam sublimis tendit ad astra via.  
Inclyta pars tibi diuitiarum reddita cessit  
Adde animi dotes, sic bene diues eris;  
Iam Patris Atlantis grato succede labori  
Magnanime Alcides, Te decet istud onus.  
Inceptum Patris sequere, i iam perfee cursum  
Contarena domus, hæc tibi iura parat.

MAV-



M A V R I T I I D E D O M I S  
M E D I O L A N E N S I S ,

Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ

O R A T I O

*In Funere Clariffimi viri Ioannis Baptiſta  
Contareni .*



ANQVAM ratis, Auditores, concita-  
tiſſimis hinc indè fluctibus agitor, atq;  
deſœuientibus vbiq; procellis quid ca-  
piam conſilij, non video; dum enim  
IOANNIS BAPTISTÆ CONTARENI  
cuius præclariffimi funebri hac pompa, lugubrique cõ-  
feſſu memoria excitatur, interno quodam viſcera con-  
cirante affectu ità commoueor, vt vi doloris labefacta-  
tus, ac propè conuulſus animus, lachrymis indulgen-  
dum, ac diuini hominis iacturam tacita ſuadeat ſollici-  
tudine deplorandam. Mox à ſingulari in eum propen-  
ſione erectus ad illius laudes inflammatur percurren-  
das cuius geſta, ſanctiffima quaſi monumenta ſuum  
æternitati nomen conſecrabunt; Verum, & is dicendi  
ardor, qui maximus alioquin videbatur propriæ tenui-  
tatis recordatione paulò poſt ſupprimitur. Ruruſ autem,  
& veſtræ in amantiffimum ciuem commemora-  
tione benevolentia, veſtræq; humanitatis impulſu, &  
Somaſchenſis Religionis in eum obſeruantia, atq; to-  
tius Seminarij ergà parentem optimum pietatis decla-  
randæ ſtimulo concitatur. Cognofcite hinc, Aud. quo

in

in biuio conſtitutus hæream, quali ſolliciter anguſtia-  
rum concurſu. Quid tandem igitur? Video ſingula-  
rem in vobis ad Contareni laudes audiendas cupidita-  
tem emergere. Annuitis, vt proſequar; ego verò, ne  
pij laboris officium impia videar taciturnitatis obſtina-  
tione corrumpere, vel aures, animoſq; veſtros optatiſ-  
ſima com memoratione rerum fraudare, conabor iacẽ-  
tem excitare tantisper animum, atq; hanc dicendi pro-  
uinciam æquo animo ſubibo. Quod ſi cumulatè ſatis  
illius virtutes non expreſſero, id certè, vel earundem  
adſcribendum erit magnitudini, quæ omnem exupe-  
rat dicendi facundiam, vel etiam vobis ipſis Aud. quo-  
rum iudicium, quamquàm alioquin perſpicaciſſimum  
hac in re tamen defeciſſe videbitur, quod virium mea-  
rum imbecillitatem æqua lance non librarit; Cæte-  
rum, quæ dixerò nullis à me verborum ſuco, ſiue de-  
lectu, vel etiam pigmentis condientur; Agitur de  
IOANNE BAPTISTA CONTARENO. Non eſt il-  
li neceſſe fucata decus Orationis, cuius pietatè, religio-  
nè continentiã, cæterasq; animi dotes admirari quidem  
poſſis, recenſere non itè, ſic prætereà fiet, vt neq; veri-  
tati quidpiam aſſingam, & ſatis indicem diuinum præ-  
clariffimi illius animi ſplèdorem leuiter ſolùm adum-  
braſſe; qui ſi mihi fœlix aſſulgeat hoc tempore (precor  
equidè) veſtrũ omniũ, & animoſ, & ora in me cõuertã  
attentiũ, eoq; duce immèſum hoc vitæ ipſius quaſi pe-  
lagus percurreſ, ſecundis tandè ventis ad littus appellã.

Ortus eſt ciuis hic noſter, ſeu verius parens addictiſ-  
ſimus ex Illuſtri Contarenorum familia, cuius ſi ſpe-  
ctes antiquitatem non Venetijs ſolùm, vbi poſteà radi-

B ces

ces egit, sed in ipsa etiam Cypri Insularum omnium longè præstantissima, longæq; felicissima, vnde quæq; extiterit causa, iamdiu recesserat, antiquissimam reperies: Si nobilitatem quæras, illud nosse sufficiat relatum inter clarissimos nobilium Venetum ordines, & iure quidem Optimo, vt quæ potentissimis Cypri Regibus non amica solum, sed affinis esset, ijs tandem iniquo extinctis factò Venetos inter Principes, quibus iam adhæserat, cooptaretur; Si gloriam inspicias, dixeris præclarissimum extitisse quoddam quasi Illustrium Heroum Seminarium, vbiq; enim siue in publica rerum tranquillitate, siue in calamitoso Reipublicæ statu per Cõtarenam Familiam parta trophæa summa cum intuentium voluptate cernuntur; hinc pars maxima, quæ vel rei militaris peritiæ, vel conseruandæ ciuitatis industriæ, vel ingenuis bonarum artium disciplinis attribuitur laudis, Contarenæ Familiæ acceptum debet referri. Quem enim vestrum latet, antiquiores ne recenseam, Gasparis Contareni **CARDINALIS** Amplissimi: quanta fuerit cum dignitate connexa doctrina, qualis in eo styli candor, dicendi facundia, scribendi eruditio, vt morum sileam integritatem, quæ mortalium cuiq; afferebat admirationem, summam verò in eum referebat obseruantiam. Recentior est, Iacobi Contareni Ioannis Baptistæ fratris memoria, qui multiplici rerum scientia, & miro quodam ingenij acumine, iuris, & Philosophiæ, & omnium tandem disciplinarum eruditione præclarus æterna sui reliquit posteritati monumenta; quis est, qui non videat, quanta per eos liberalibus doctrinis facta sit dignitatis accessio.

Possem

Possem, & bellicam à Contarenis non propagatam solum, sed illustratam etiam virtutem referre, quæ in eo præsertim contra Turcas nauali prælio, in quo de auiti Regni recuperatione agebatur, sic enituit, vt quæquam iniquissimis hostium telis quorūdam succubuerint corpora, insita tamen omnium mentibus eorum, & vis, & industria ità firmiter hæsit, vt consequutam per eos victoriam populus acclamarit; Verùm his omnibus, & sanguinis splendore, & familiæ gloria, amplissimisq; parentum honoribus, quæ non nobis, sed patriæ, sed parentibus, sed fortunæ debemus vltro post habitis (lubricum. n. esset ire per aliena hæere cum possim in proprijs) in Ioannem Baptistam sermonem conuertam, qui ex clarissima radice Augustissima velut Arbor profiliens, eos postmodum fructus edidit, qui & Contarenæ Familiæ lucem, & Venetæ nobilitati famam, ipsi verò ciuitati splendorem, & Christianæ demùm religioni firmissimum peperere subsidium; Elucebat in eo adhuc puero præcipua, quædam animi indoles, præclara vis ingenij æque, ac iudicij, singularis in studia litterarum propensio, vt facile ex his vitæ primordijs totius vitæ futuræ cursum conijcere quisq; posset. Vidisses precatiunculis quibusdam assidue intentum puerum, paruulisq; altaribus erigendis addictum, ibiq; genibus flexis supremi numinis opem, quantum per ætatem licebat, supplici flagrantem affectu. Erumpebat nimirum ex tenero adhuc pectore scintilla, quædam celestis illius ignis, quem ætate progressus patefecit amplissimum. Adolescentior factus, vt innato sciendi satisfaceret desiderio, Patauium, vnicum illud scientiarum

B 2 quod-

*Cecidit nimirum in eo conf. In duo Io. nis Baptistæ Cõtarenæ fratres.*

quoddam quasi sacrarium procul a Patria, necessarij-  
que profectus, ne vel distraheretur à domesticis, vel in-  
fenfos ciues haberet, summa cum fœlicitate optima-  
rum rerũ studia complexus, diuina indice luce, eò tũm  
in humanioribus, tũm in Phylosophicis studijs procef-  
sit eruditionis, vt pleriq; de eò ità statuerent paucos ad-  
modũ secum posse, conferri, præferri verò nemi-  
nem. In Perditos Adolescentes, qui in hĩc studio-  
rum vniuersitatibus præclarissimas artes fœlestissimis  
corrumpunt moribus, inuehebatur acrius, eorumq; &  
arrogantiam, & temeritatem firmissimis argumentis,  
magis tamen exemplo reprimebat. Itaque depraua-  
tos Iuuenum mores execratus, neq; se comitem præ-  
buit improbis, neq; quid vnquã expetiuit, quod non  
esset cum virtute coniunctum. Verũ cum intellige-  
ret Adolescens ingenuus, nihil esse perniciosius bona-  
rum artium perceptioni, quã si exulet ab animo, quæ  
in sapientia primas tenet gloria pietatis, & hanc ipsam  
frustrã sperari ab eo, qui secum non statuatur omnium  
virtutum aggregatione perfectum fore, meritò sibi de  
virtute in virtutem eundem constituit. Ac primò cum  
sciret innocentia, & puritate maximè oblectari Deum,  
perpetuam continentiam reclamantibus domesticis,  
renitente sensu, oppugnante teterrimo humani gene-  
ris hoste, proprijs indixit voluptatibus, atq; quod sum-  
mam concitat admirationem, inter ipsas mundi illece-  
bras, inter ipsos furentis hostis impetus, & acerrimas  
formæ, diuitiarum, nobilitatis aggressiones studio con-  
seruauit incredibili. O Cœlestem Adolescentis indole-  
m. O diuinam hominis naturam, voluptates, si quas  
a mple-

plectebatur, eas solummodò iuxta præceptum Isocra-  
tis, quæ vel honestatem redolerent, vel gloriam præfe-  
rent. Cæterũ, quod illi à seuerioribus studijs, vel  
ab honesta quadam animi relaxatione supererat otij  
canonicis impendebat horis, quam etiã non minus  
piam; quã laudabilem officij recitandi consuetudi-  
nem ad mortem vsq; protraxit. Eam siquidem vide-  
bat esse vitæ nostræ, vel exilij potius conditionem, vt  
infinitis propemodum expositi periculis citrà diuinam  
opem, quæ precibus imploratur, subsistere nequeamus.  
Vos hic appello Patauini Ciues, qui ad vos profectum  
ingenuas edocuiſtis artes, ab eo vicissim præstatiorem  
quandam sapientiam edocti colendæ nimirũ pieta-  
tis, & Dei; Tantam quippe Adolescentis admirati mo-  
rum elegantiam, & vitæ sanctitatem quem hospitem  
pro discipulo habueratis, eundem & præclarissimo vi-  
tæ exemplo tanquã Doctorem agnouistis; Vos in-  
quam cœlestes illius animi dotes, quæ in ipsa virtutis pe-  
tra firmatæ altius radices egerant, iamque germinare  
intuebamini nunc referatæ, diutius enim illas suppri-  
mere, vel hominis est inuidia perciti, vel certè, vt leuif-  
simè dicam maxima in re dissoluti. Per id ferè tem-  
poris firmissima alioquin fidei cimba, quæ secundas  
iamdiu pietatis, & religionis auras velis exceperat ple-  
nissimis repenti exorta tempestate, sæuis adeo turbini-  
bus, obnoxijsq; hèresum fluctibus agitatur, vt obrutam  
iri iudicasset, quam tempestate, vt opportuna tãdem  
quiete sedarent Romani Põtifices, penes quos huiusce  
navis delatus est clauus Oecumenicum indixere conci-  
lium, quod varijs quamquã de causis fuerit sapius  
di-

distraetum; diuino tamen vim sufficiente numine, ac summo cum totius Orbis applausu in ipsa Tridentina ciuitate nouimus tandem absolutum: Huic & Ioannes Baptista Contarenus ætate quò maturior, eò virtutibus clarior operepretium duxit interesse, non alio certè consilio, nisi vt sanam doctrinam à falsis Hæreticorum dogmatibus secernens, simulataq; à sinceris segregans, neq; fallaci, neq; captiosa, neq; fucata veri, rectiq; specie vnquam deciperetur; Addo, vt quæ à Patribus, vel de Reformatione, vel de cæteris Ecclesiæ Sacramentis sancita essent, tenacius hæere possent animo; Imprimuntur sanè citiùs, & efficacius, quæ percipiuntur aspectu, quàm quæ sola lectione colliguntur; Multa hic mihi prætermittenda sunt, Aud. & in angustiorem est res maxima compellenda gyrum, ne si velim singulas Cõtareni laude dignas actiones cõmemorare, vestra abuti videar, & humanitate, & attentione, Ex Tridëtina Ciuitate Venetias reuersus illud præcæteris firmius adhæserat pectori, quod de pueris ad pietatem, & ingenuas artes informandis, ac proindè de Seminariorum institutione Sacrosancta decreuerat Synodus. Quocircà illud assidue prouoluebat animo, qua ratione tandem Vrbi huic, vt cæteris in rebus clarissimè, ita vnus Seminarij defectu fortasè minùs Illustri, illius erectione, & id decoris adderet, quod solù in ea desiderari posse videbatur, & ea supprimeret, quæ Venetijs detrahenti suggerere poterant argumenta. Verùm cum infinitis, & sceleribus, & flagitijs Dei Optimi Maximi furorem in se cõcitassent homines, iamq; ad iniquissimas uitiorũ labes expiãdas perniciosissima

lues

lues toto prolaberetur Orbe, defauiret autem præcipuè Venetijs coercuit tantisper Seminarij erigendi ardorem, non tamen extinxit. Interim pietatis addictus exercitijs, nō tam studiosus aliorum, quàm inimemor sui, oppressos lethali morbo homines, pauperesq; in primis sollicita subleuabat industria, erigebat opè, fouebat præsidio. Hinc obseruare illum erat, Aud. nunc in omnes partes attento excubantem animo, mox illi accurrètem spiritum agitanti, paulò post alteri subuenientem iacenti. Nullus sanè in ea ciuitatis parte, quæ Contarenæ fuerat commissæ vigilantia aduersa decumbebat oppressus valetudine, qui Contarenum non acclamaret, cuiq; is, vel recusaret opem vel præstò non adesset; Illud certè quasi miraculum recenseri potest, quòd cum esset perpetuus languentium comes, eorumq; vulnera & obstringeret, & certo quodam liniret vnguine, quod ex se maximis componebat sumptibus, infectos tamen teterrimæ pestis effugerit aculeos; Hæc autem vnguinis cõficiendi religiosissimè hucusq; seruata consuetudo effecit, vt confluentibus vndiq; ad eum pauperibus, quibus illud gratis offerebat, & largissimè, tanquam diuersoria quædam, ac domicilia pietatis illius recta prædicarentur; Maxima sunt, quæ diximus, Auditores, veruntamen & multò plura, & maiora ab eo gesta fuisse necesse est fateri. Quot enim eo tempore, quo ingrauescente morbo sibi vnusquisq; consulebat, non proximo, ex hac vita decessissent, nisi non vulgaribus remedijs vitam Contarenus attulisset? Quot infinita penè vi doloris perciti, vt acerrimas effugerèt angustias, mortem sibi consciuissent, nisi à se compactis

vn-

unguentis dolorem lenisset Contarenus? Quot etiam ex hoc tetro corporis ergastulo sine debitis Ecclesie præsidijs euolassent, nisi confirmandos opportunè per Sacerdotes Contarenus studuisset? Pater vbiq; ab oppressis Ioanes Baptista Contarenus agnoscebatur, quos vel solo aspectu reficiebat, recreabat, excitabat, sæpius etiam (quod diuinæ hominis pietate adscribendū censeo) penitus subleuabat, confirmabat. At nos quidem actus huiusmodi pietatis, & religionis admirari, atq; honorificè commemorare consueuimus: Addo etiam humano fastigio sublimiores æstimare, sed varijs deprauati moribus, quorum admiratione suspendimur, imitatione non capimur. Ille verò cum non sibi, suisque tantum nasci vnumquemq; hominum Christo Duce, ac Magistro didicisset, extincta bonorum sanè precibus pestilentissima calamitate, vtrò abdicatis honoribus, quos Respublica proponebat Amplissimos, & aliam exercendæ charitatis occasionem nactus, inter Religiosissimos Sanctorum Ioannis, & Pauli hospitalis protectores cooptari voluit, vt hospitalitatem amplexus, eos diffunderet ignes, quos in eo charitas concitabat maximos; Hinc paterna sollicitudine, vel infirmorum necessitates, vel Orphanorum, & puellarum, quorum etiam patrocinium susceperat, perquirens incommoda, ijs assidue subleuandis inuigilabat; Irridebatur à plerisq; vir Optimus, qui hospitalis, pauperumq; ascitus obsequio, eas refugeret dignitates, quas ceteri diligentius ambirent, eaq; contemneret officia, quæ libenti quispiam exciperet animo, illa demùm respueret, quæ gloriam non vulgarem nobilitati, ijs item se

im-

implicaret, quæ non mediocrem contrahere videbantur ignominiam. Non tamen adduci vnquam potuit, vt ab eo, quod optimum in hac vita ad ætheream, cælestemque patriam profecturus, iter arripuerat, tantisper deflecteret, quin potius eò magis confirmabatur, quo cerneret, ijs, qui fluxos auidius honores insectantur, umbram esse pro solido, & quædo dignitatum culmen attigisse confiderent, reflante confestim fortuna, vilissimè depressos, deiectos, & in summum quandoq; tum vitæ, tum honoris adductos discrimen. Nolo in singulis hæere, ne supra vires, & ingenium videar quicquam molliri velle. Illud certè constare debet ingravescente illius ætate, & huic in pauperes studio aliquem semper accessisse cumulum, quod vel ex eo luce, clarius conijci potest, nam senio tandem confectus, cum per annos ferè triginta hospitalis administratione non minus piè, quàm fideliter egisset, infirma debilitatus valetudine, reclamantibus etiam medicis, vix vno, aut altero die ab inuisendis in hospitali iacētibus infirmis cohiberi potuisse, eo nimirum languidum accurrebat corpus, quo impellebat affectus. Proh miram hominis pietatem, & piam senis charitatem: Verè hunc secundum cor suum Deus inuenerat hominem, qui castimoniam omnibus præferens sensus illecebris puritatem nullo non seueritatis imperio contrahebat, qui cælesti castitatis specie captus, ac proinde voluptariam, mollemque vitam execratus, cælestes item æternæ gloriæ fructus adhuc viuens colligebat, qui diuinis vbiq; laudibus implicitus, regnum Dei primum quærirans, cætera vt illi adijcerentur, peruium ad illud sibi sterne

C bat

bat tramitem, cui pauperum, & hospitalis amplectenti patrocinium, & officiosissima protegenti sollicitudine, quod illis impendebat subsidij Christus ipse retulit acceptum; qui tandem, & dignitatibus spretis augustissimis, & summis posthabitis honoribus caelestia solum anhelabat: Quamobrem è caelo delapsum plerique sentiebant, ut multis incommodis labefactata pietas immensa demùm Contareni charitate recrearetur; quocirca si quis oculorum acie illius penetrasset animum, singulari exæstantem miratus incendio ipsam ibi residere charitatem proculdubio retulisset. Hic laudationis vberimus est ager, Auditores, qui tamen leui percurrendus est pede, Charitatem assiduis fouebat precibus; videbat, scilicet vir piissimus eas esse, quibus homo Deo coniungitur, quàm arctissime, quibus non depellitur solum, sed extinguitur etiam cupiditatum importuna fitis, & sensus perturbationes ad rationis normam componuntur; quibus denique fit, ut non sterilis sit labor susceptus in comparatione virtutum, sed maxime fructuosus. Addebat precibus ieiunia, quæ sexta quaque feria inuiolabili sibi lege indixerat, ut ijs furenti libidinum æstu aureo veluti irrigaretur imbre. Vigebat nimirum in sæculari habitu religiosa quaedam obseruantia, & sub humano pectore diuina laritabat virtus: Referendæ essent hoc loco paces ab eo sæpius redintegratæ, & intestini belli nephas Tartaro, qui cõcitatam fouebat eiecto sublatum. Commemoranda similiter esset inuiolata Sacrosanctum Eucharistiæ corpus octaua quaque die sumendi consuetudo, quæ vim in eo legis obtinuisse videbatur. Pluribus etiam prosequi possem

sem eum, quem non minori eruditione, quàm eleganti conscripserat casuum conscientia librum, ut si quas fragili præinctus carne contraxisset maculas, in illo, veluti nitenti quodam in speculo seipsum contemplatus subito detergeret: Certè si ijs, quibus perlegendum aliquando tradidit proprio diffusio iudicio, vlla est adhibenda fides, elucebat in eo non vulgaris eruditio, singularis industria, sublimis quidam ingenij splendor; ac ita demùm accuratè conscriptus erat, ut pauci admodum cum eo possent conferri. Suadebant omnes, & firmissimis adductis rationibus hortabantur, ut typis exponeret, recusabat is constantissime, ne leui quadam ambitionis aura percitus nominis sui famam, quam cælis vigere, mundo item extingui cupiebat, mox commutata sententia consecraret posteritati: Quæ tamen ut pleraque alia indicta pertranseo, video enim anhelanti vos cupiditate requirere, ut erectionem Seminarij, quemadmodum cæteris fortasse illustriorem actionibus ita sublimiori tandem prosequar oratione. Atque utinam ea mihi dicendi vis inesset, qua & vestro huic satisfacere desiderio, & præclaro admodum debita commemoratione respondere possem operi. Inerat, ut dicebamus, Contareni animo mirus quidam erigendi Seminarij ardor, quem tamen in perniciosissima temporum calamitate tantisper suppresserat, sed cum tandem Optimus rerum omnium creator, & moderator Deus mortalium miseratione commotus vim pestilentissimi repressisset morbi, ac ea redijissent tempora, quibus in societatem coire homines, & res cuique suas nulla contagij

suspitione liceret exercere, remissum excitatus ardorem, omnem in vnus institutione Seminarij curam, cogitationemq; defixit; hoc vnum diligenti agitabat animo, attentius praeponderabat, accuratius meditabatur, studiosissimèque spectabat, contemplabatur, intendebat, prouoluebat. Infinita sanè (quod rerum quarumcunque diuinarum praesertim euenire solet initijs) occurrebant incommoda, difficultates, innumerae, & perarduus ad quicquam innouandum Reipublicae consensus, tum ministrorum, qui id muneris aequè laboriosi, atque pij religiosa subirent sollicitudine, defectus: Tandem & comparandae suppellectilis maximis sumptus, & pueris alendis necessaria, cum nullus suppeditaret redditus annuus, aliaque id genus permulta sese offerebant intento in erectionem Seminarij, quae potuissent quemlibet à suscepta detertere sententia; Contareni tamen studium, quod diuina fulciebat virtus, non excitabant solum, sed etiam confirmabant: Itaque Deo, illiusque tum bonitati confusus, tum clementiae, qui religiosis numquam non suffragatur actionibus, collato demùm cum Ioanne Triuifano foelicis memoriae Patriarcha Venetiarum negotio, perspectoque pijssimi Antistitis animo eodem ferè flagrante desiderio, atque in rem sanctissimam pari propenso voluntate, quem diutiùs represserat impetum animi tandem erumpere, atque dilabi vir Optimus permisit: Quamobrem vel opem ab amicis, vel à domesticis subsidium, à religiosis item viris consilium enixius cum expeteret, nemine Contareni studium singulariter non commendante attrahebat in  
sui

sui admirationem omnium animos, sic alliciebat voluntates, vt operam quisq; suam non minori diligetia, quam officio hac in re impendendam offeret. Illud porro non mediocrem exhibebat Contareno molestiam, & negotium, quos nimirum praeficeret Seminario spectatae probitatis, & eruditionis viros, qui tenera adhuc pectora non humana solum, sed caelesti etiam imbuerent sapientia: Quam rem secum diutiùs cum agitasset, tandem caeteris, vt in rebus diuino afflatus spiritu Religionis Somaeschenfis Patres, quibuscum agebat iam diu familiarissimè ad celebranda in Ferrariensi ciuitate comitia congregatos nullo non vitae discrimine, aegra praesertim affectus valetudine adit, hortatur, obsecrat, vt qui diligentius Dei vineam colere studerent, hanc etiam eidem Seminarij vitem adiungerent, quae eorum fulta praesidijs altius excresceret, & fructus demùm ederet copiosissimos. Maturiori res à Patribus agitata consilio vno omnium consensu statuitur, vt pijssimo homini nulla sanè mercedis habita ratione, quae amplissimam à Deo sperarent, soliusq; Diuini cultus augendi gratia ij concederentur Patres, qui & in erectione socij, & in administratione comites essent. Hac audita Patrum deliberatione, qualem animo conceperit voluptatem exprimere cum non possim, proponite vobis, Auditores maximam. Accurrit confestim Venetias, & egregium Seminarij facinus praesenti plurimum fretus ope toto aggreditur pectore. Enimvero indignari humani generis hostis tantum tribui pietati, & religioni, omnes ad mouere machinas, quibus Contareni constantiam, vel cõsterneret, vel certè labefactaret; hinc

pra-

præcipuam Cleri partem omnibus aduersari studijs, ac viribus; Hinc moniales in eum irruere impetu quo potuerunt maximo, quæ vnus reformatione Seminarij in perditos etiã mores animaduersum iri viderent; Hinc refragari Senatusconsultum, ne quicquam innouaretur in Republica absq; illius facultate, quam etiam petenti se negaturum assererat. Irrita tamen cadebant omnia, neque illius debilitari vnquam potuit constantia, quæ cœlestibus erat munita præsidijs. Tantis igitur difficultatibus, vt opportuno consulere remedio in trepidus scuto præinctus patientiæ, arreptoq; eloquentiæ fulmine causam, coram Amplissimis Senatoribus sapius ipsemet cum perorasset, non vna, aut altera deteritus acri responsione Deo tãdem, qui Principum moderatur corda votis illius annuente, sceliciori, quàm sperabat, exitu, & construendi Seminarij potestatem, & alendis eiusdem Clericis non leue ab Augustissimo Senatu retulit subsidium. Suggerebat nimirum verba Diuini ille spiritus, qui & hoc in eo studium impresserat, vt quemq; vel inuitum de sententia deflecti necesse esset. Quare summis quamquam laboribus, incredibili vigilantia, sagacissima sollicitudine, addita non leui Soma schensium Patrum industria, maximo cum totius Urbis applausu illius denique iecit fundamenta Seminarij, cuius nunc splendor, & nomen vbiq; propagatus Illustrem Contarenæ virtutis, & Soma schensis educationis radios reflectit. Non leui tamen fuit subsidio Nicolaus Guffonius Patritius item Venetus, & omnis memoriæ clarissimũ lumen, cuius industria plurimum sanè, & existimationis, & vtilitatis accessit Seminario:

Is. n.

Is. n. quem in erectione Seminarij sibi socium adsciuerat Contarenus, tanto postmodum in illud exarsit affectu, vt eius & necessitates proprijs sapius subleuarit opibus, & ea tum suæ virtutis, tum liberalitatis reliquerit Seminario monumenta, quæ nulla vnquam vetustas obruet, nulla delebit obliuio. Interim, & ijdem ex Clero præcipui, qui de Contareno pessimè sentiebant commutata in amorem similitate. eo vehementiori illi conati sunt prosequi beneuolentia, quò intensius præcesserat odium, & acerbior animus in eum liuorem contraxerat. Neq; n. diutiùs latere vos poterat Patres illius animi candor, qui non fucata quapiam Religionis specie, sed solius diuini cultus augendi studio ducebatur. Hanc autem vestrum omnium in Ioannem Baptistam Contarenum propensionem voluntatum, quamquam non vulgaribus viuenti expressam argumentis, publicè tamen, aperteq; satis hoc vestro ad eius cohonestandum funus conuentu testatam necesse est profiteri. Rependet ille sine dubio grates, qui fluxa hac solutus mole, æthereisq; potitus regnis summa cum voluptate confessum hunc vestrum intuetur; Tibiq; in primis Reuerendissimæ Præful Ioan. Mozzanica, qui vt aliquam etiam illius amoris significationem vita functo præberes, quam in ea degenti cumulatissimã exhibueras sagacissimo Illustrissimum Cardinalem induxisti consilio, cuius vt nunc munus, ita & dignitatem aliquando sustineas, optamus, vt honorifico satis, illustriq; eum decoraret funere, cuius industria Venetæ Reipublicæ non nihil accessisset splendoris, cuius ope singulare fuisset Christiana Religio consequuta præsidium. Sed eò

iam



iam tandē redeat Oratio, vnde vestra in Contarenū pietatis, & benevolentiaē referendæ studium distraxerat. Erectum ita q̄; iam tandē Seminarium, qua assiduitate non per vnum, aut alterū anni curriculum, sed per totius decursū ætatis fouerit, qua protexerit cura, quō complexus affectu cuiq̄; vestrum satis cum innotescat non est cur pluribus referam. Quoties. n. de Seminario Contarenū verba facientem audistis, quin internus vbiq̄; in illud affectus eduxerit? Quoties Seminarij nomen proferentem, quin confessim sui nomē non adiecerit? Quoties detentos in Seminario Adolescentes filios vocitantem? Non poterat equidem maiori affici voluptate, quā cum vel Seminarium inuiseret, vel ab Alumnis Seminarij vicissim inuiseretur; In eos porrò, qui maledictis Seminario obtrecent, grauissimis eousq̄; inuehebatur, donec eorū repressisset maledicendilicentiam. Dies me deficeret, Audit. si plenius nimiam Contareni in Seminarium benevolentiam, curam, sollicitudinem, operam prosequi tentarem. Illud efficacissimi sit testimonij loco, quòd senio tandem confectus, ægritudineq̄; oppressus acerbissima, nihil vnquā de solita detraxit diligentia, vel in suppeditandis necessarijs sumptibus, vel in perquirendo Clericorū progressu, quos ad pietatem, religionē, cæteraq̄; pulcherrima virtutum ornāmēta alliciebat exēplo, verbis hortabatur, minis etiam quandoq̄; vel excitabat, vel etiam inuitos impellebat. Et tandem in ipso egredientis animæ impetu audito Seminarij nomine effugientem recepit animum, ac tantillum recreatus, dum subridens, illud Patrum, qui aderant fidei commendare cuperet, hæsit labris

bris verbū, vitæq̄; cursum hac obsignauit Seminarij voce, fortasse vt inter cælestes cooptatus supremo Cælorū Regi id committeret, cuius erexerat iussu, protenderat ope, cōfirmarat beneficio. Acquabitur sine dubio tuus hic labor immortalitati Heros foelicissimè, æternum cum sit adeptus protectorem. Ecquis dubitet æterna te condonatum beatitudine, quem pietatis, & Religionis splendor adhuc mortalem propè diuinum referebat. Quis ambigat perēni te perfusum luce, quem in hac rerum caligine charitatis radij illustrem effecerant. Quis audeat vocare in dubium an æterna perfruaris quiete, cum æquè grauibus, atq; pijs in hac vita degens profectus sis laboribus. Cælis vigeat necesse est, Aud. qui sub obscura præcinctus cōpage cælestem redolebat virtutē. Talem nobis reliquit Christiani hominis effigiē, quā liberè profitendum est non modò foeliciter a me reddita, sed ne totam quidem. Tantū abest, vt in amplum Oratoria ex lege res laude dignissimas extulerim. Cæterū fletus iam cōprimite Seminarij Alumni, retundite vim doloris, atq; profluentes ex oculis coercete lachrymas, quem. n. defletis parentem, protectorem adepti gratulemini. Hic terrenis vos psequeretur officijs, nūc verò cælestibus. Quamquā neq; deerit Amplissimi Cardinalis LAURENTII PRIOLI. Studium, qui vt in Ioannis Baptistæ Contareni locum suscectus, ita illius virtutes hæreditaria certè consequutus voluntate eo maiori vos complectetur humanitate, & benevolentia, quò & illustrior dignitas illustriorem suppeditat affectū, & amplior sine dubio virtus ampliores item radios diffundit. DIXI.

D

IN OBITU CLARISSIMI VIRI  
IO. BAPTISTÆ CONTARENI.

Ioannis Mariæ Vanti Clerici Sancti Thomæ.

**F**ortè nouum Terris vidit splendescere Solem  
Dum reheret roseo Cynthius Axe diem;  
Ne sua, tunc metuens, superaret lumina, lumen,  
Atq; sibi summus nè raperetur honos;  
Cum Ioue conqueritur, precibus Deus annuit illis,  
Et Contarenum sydera ad alta rapit.  
Phæbe die Mundo, dixit tunc, lumina fundes,  
Hic Vrbi Venetæ nocte, dieq; micet.  
Hadriaci Regina Maris nè funde querelas:  
Letare, at gemino Sole micante tibi.

AD CLARISSIMUM VIRVM  
IO. BAPTISTAM CONTARENVM.

Francisci Rùgerij Clerici Reg. Congr. Somaschæ.  
EPIGRAMMA.

**L**æthali fœnix dum claudi lumina somno  
Sentit, odoriferum construit ecce rogam;  
Sic ad aëctum fuluas mox discutit alas,  
Lucida vt accendant spicula missa thorum,  
Desinit in cineres iterum, sed niuida surgit,  
Nam reparat Phæbi membra soluta foco.  
Hic fœnix senio confecta e, altera, lignis  
Gaudet odoriferis composuisse rogam:  
Virtutes hæc ligna, & sacrum pectus odorem  
Spirat, nunc vibret lucida tela Deus;  
Desinet in cineres tumulo sed mittet odores  
Frere, virtutis fama perennis erit.

IN

IN OBITU CLARISSIMI VIRI  
IO. BAPTISTÆ CONTARENI.

Raphaelis Mainardi Cler. Reg. Congr. Somaschæ.

**C**ernitur vt laurus semper frondescere sacra,  
Sic tua perpetuo stirps generosa viget;  
Non Boreas pauit, Cæli nec fulmina laurus;  
Inuida nulla tibi lingua nocere potest.  
Hanc sculptam referunt vates sub limine Phæbi,  
Te Deus ipse fouet, cui sociatus ouas.  
Hac tandem lauro cinguntur tempora vatum,  
Est tua sic nobis gloria ferta decus.  
Vine igitur fœlix perfusus luce perenni,  
Quem non pœna premit, vita beata manet.

DOMINICI TONESII  
Cler. Reg. Congregationis Somaschæ.

**C**œlica mortali pugnat cum corpore virtus,  
Addit amor vires, spicula uibrat amor.  
Illa graui, vt tandem, & fluxa compage soluta  
Ad superum victrix euolat ora patris:  
Hoc ne uitali amisso sit munere cœnum  
Putris dehinc fiant languida membra cinis;  
Hæc furit, hoc instat tremulo uictoria passu  
Nutat, quid facient? illa trophæa feret.  
Vt dulci corpus declinat lumina somno  
Non tibi claudet iter, spiritus astra pete.



D 2 A N.

ANTONII ALEBARDI  
Clerici Sanctæ MARGHARITAE.

**I**Ra num Diuum potuit subire  
Pectus? & sacros animos ciere?  
Tanta quæ in natos proprios adegit  
Causa furoris?

Falce cur scindis lachesis cruenta  
Cuncta dum sperant homines secunda,  
Et status floret melior bonorum,  
Stamina vitæ?

Qui pater solus pueris honos, spes,  
Gaudium, virtutis origo vixit,  
Mortuus mæstis, gemitus perennis  
Causa manebit.

Si potest quicquam pietas, tuorum  
Si preces audis lachesis, vocata  
Jam veni, & nobis referas amico  
Vulnere mortem.

Stant genæ fletu madidæ, querelis  
Intimis turbati animi, recusat  
Lata mens, talem perijsse totus  
Ingemit orbis.

Sint satis fuscæ lachrymæ, dolore,  
Et malis tantis miseros leuate,  
Regna nos secum simul ad superna  
Ducite Diui.

MARCI ANTONII INVERARDI  
Clerici Sancti IULIANI.

**A**Equa gerens rectam librat, quæ pondere lancem  
Virgo, quæ nulli præmia digna negat;  
Aethereas recto conscendens tramite nubes,  
Ante Deum tales edidit ore sonos:

Iuppi-

Iuppiter omnipotens (numen venerabile Diuis)  
Qui mare, qui terras, sydera, & alta regis,  
Quid differs tua iura diu? num digna laborum,  
Munera quemq; manent? Annue summe pater,  
Et Contareni sacros miserate labores,  
Præmia digna seras, pectora mæsta fove;  
Iam satis en vixit terris, fac viuat olympo,  
Ascitusq; habeat gaudia leta choris.  
Talibus orabat dictis Astræa Tonantis  
Numen, sic caput cum Deus ore loqui.  
Sic volo, sic fiat, meriti reddantur honores,  
Æternum poscunt inclyta facta decus.  
Marmoreo illius condantur membra sepulchro,  
Lucida sed Cæli spiritus astra colat.

SFORTIAE PONZONII  
Clerici Sancti BARTHOLOMÆI.

**D**VM Venus ereptum reddi sibi poscit alumnum,  
Abstulit Adriacis, quæ Dea regnat aquis;  
It clamor Cælo, tentat componere lites  
Iuppiter ast ventis irrita uerba cadunt;  
Hic iam finis erit. Rex Iuppiter omnibus idem,  
Sydera celsa colet, hæc sibi regna manent.

CHRISTOPHORI MERONI  
Clerici Reg. Congregationis Somaschæ.

**Q**ualis purpureos orbi dum subtrahit ignes  
Cynthius, & rapidos æquore mergit equos;  
Protinus obscuris uestitur nubibus æther,  
Atque premit segnis languida membra sopor.  
Non secus ut fato nobis præreptus acerbo  
Aethera scandis: Agit pectora nostra dolor.

Quid

Quid mirum? nostro lumen defecit in orbe,  
Mergimur hinc tenebris, hinc ferit ossa dolor.

Q Vis nunc, quis cineri, soluera debitas  
Ah, ah quis poterit fundere lachrymas  
Contarene tuo, charior ò mihi  
Vita, ò dulcior, & mea?

Cur ah, cur querulos nunc cobibes modos  
Quæso Melpomene: cui tragicis pater  
Heroum cineres ossaque candida  
Donat tollere laudibus?

Exi iam in miseros nunc auibus sonos  
Aduersis: humeros exue purpura,  
Pullam sume togam, vestibus & nigris  
Artus indue candidos;

Da luctus tepidos, da lachrymas graues,  
Da mæstos gemitus, vltima munera:  
Quæ grato cineri manibus, ac pijs  
Credis letitiam fore.

Quid cessas? gradibus iam propera citis,  
Quid stas? iam querulo pectine barbiton,  
Et pleetro docilem sollicita lyram,  
Cælum his vocibus increpa.

Lucem, ò horrificam, ò que diem nigrum,  
O infesto genitum sydere tempus; heu  
Contareneus obit, qui VENETIS nouum  
Virtutis specimen fuit.

Quem castus pudor, & Iustitiæ soror  
Incorrupta fides, nudaque veritas  
Lætarunt puerum, nec lateri pio  
Amouere suo senem.

Donec fila colo sustulit Atropos,  
Supremis caput, & crinibus exiit

Donec

Donec corporeis sedibus expulit  
Ac istis animam locis.

Heu nostrum, Iuuenes, heu columen perit,  
Hemnos, hem perijt, qui faciles suis  
Reddebat studijs Castalios lacus  
Musarum, & nemora ardua.

Cui prudens animus rebus in arduis  
Nulli aut consilio, aut munificentia  
Qui cessit, miseris, qui patrimonio,  
Fortunis, & opem tulit.

Cur noctis soboles inuida pallidæ  
Assorbes tenebris lumina tristibus?  
Qui nobis fuerat dulcis, & omnibus  
Hunc tu mors rapis impia?

Sed demens quid ago? num Stygio lacu  
Educi lachrymis posse putem viros?  
Immitti, lachesis stamina cum manu  
Fregit nil gemitus iuuant.

Quis nam lanificas, quis potuit prece  
Hortari Iuuenes? Funera quot patres  
Non fleuere pijs? tristia num patrum  
Luxit funera filius?

Ad metam properat quilibet: omnibus  
Est præfixa dies: Retibus his pedem  
Nemo torserit, aut viribus integer,  
Aut annis gelidus senex.

Quid prodest igitur fundere lachrymas?  
Nil possunt gemitus: nil lachrymæ valent,  
Letemur potius: lucida personent  
Latis sydera vocibus.

Contareneus abit, credite, non obit;  
Ereptusque malis innumeris, Polo  
Exultans fruitur delicias Deum,  
Veri & pocula nectaris.

Illic

Illic in medijs millibus accinit  
Adstans spiritibus, suppliciter Deos,  
Et Regem superum his vocibus obsecrat;  
O Diuum Pater optime,  
Qui magnis miseros auxilijs leuas,  
Blandis nunc oculis respice cœlitus  
Hanc Urbem, atque malis da grauibus modum,  
Solutus nam potes omnia.  
Non ergo perijt, sed petijt Polum,  
Quæ mortis fuerant depositis humi,  
Quicquid sed superis debuit orbibus,  
Ad Cœlos quoque detulit.

**BERNARDINI BONFADII,**  
Clerici Regularis Congreg. Somaschæ.

**S**issa comas, laniata genas Polyhymnia, Musa.  
Multa gemens tales rupit ab ore sonos:  
Heu quid iam superest miseræ genitore perempto  
Baptista? quis honos? annue summe Deus.  
Extincto natam liceat comitem ire parenti,  
Quæ vitæ, hæc eadem meta doloris erit.  
Hoc gemitu concussa Erato, & miserata dolorem.  
Subridens hilari talia voce dedit.  
Parce soror lachrymis, nam quem tibi credis ademptum  
Hunc Iouis Aethereæ sede locauit amor.

**ANTONII ALEARDI**  
Clerici Sanctæ MARGARITÆ.

**A**vrea dum cuperet renouari secula terris  
Iuppiter, & summum vellet in orbe decus:  
Virtutum specimen superis demisit ab oris  
Atque ait, in terris hoc mihi numen erit.

Tunc

Tunc visa Charites, Pallas pietatis imago  
Mortalis vultus numina sacra tulit.  
Dehinc iterum sacras placuit perducere ad arces  
Ne tantus superis iriperetur honos.  
Aufertur Mundo, viuit se: fama perennis,  
Ad superos numen, venerat vnde, redit.

**SFORTIAE PONZONII**  
Clerici Sancti BARTHOLOMÆI.

**B**aptistam nymphæ crudeli, vt funere raptum  
Videre, in naribus decidit ore nitor;  
Attonitis hæserè animis, mens ægra dolore  
Cogitur hæc tristi verba referre sono.  
Ergo in Cælestes audes mors improba vires  
Exercere tuas? Numina falce metis?  
Ergo ne perpetua tentas inuoluerè nocte  
Cui dedit ætherea luce vigere Deus?  
Falleris: extollent nostræ sua facta Camænæ  
Perpetuo notus qua patet orbis erit.  
Talia dum referunt, audit cognator aquarum,  
Ignota adest tanti causa doloris erat:  
Attollensque comas innato murice tectas,  
Quis, tanti, exquirat, fons, & origo mali.  
Constitit auditis, vocemque exterritus hausit  
Flebilis, & tales misit ad astra sonos:  
Iam mihi funesta crinem circumdate fronde  
Adriaci Nymphæ; nil nisi flere libet.  
Iam litus resonet, resonet iam questibus æther,  
Responsent mæstis & quora & ipsa modis.  
Hunc ego sublatum Veneri de stirpe Deorum  
Aduexi Adriaci qua fremit vnda maris.  
Vt mea perpetuis celebraret gesta triumphis,  
Cresceret, & titulis gloria nostra nouis.

E Nunc

*Nunc mihi seua rapis? fletu vox faucibus hæsfit,  
Et mæstus vetuit dicere plura dolor.*

GEORGII CARAMPELLI

Clerici Sanctorum APOSTOLORVM.

O D E.

Tricolos Tetraastrophos.

**Q**ualis, cum nitido pellit ab æthere  
Quos primum radios fundere cernitur  
Lucis nuncius almę,  
Cæco turbine nebula;  
Umbrosa volucris conditæ arbore,  
Nec mulcet tacitis æthera cantibus,  
Mæsti signa doloris  
Præbet, rupe sub inuia.  
Sic quando rapida, pallida mors, manu  
Fulgenti huic adimit lumina syderi,  
Nocte inuoluitur orbis,  
Sequus corda premit dolor:  
Et cinctus tenebris, quàm miserabiles  
Decantans elegos, heu quibus æthera  
Replens uocibus, ora  
Fletu quisque rigat pio.  
Insignis pietas funere concidit,  
Virtus, & celebris Relligio, sacras  
Queis nixus petit arces  
Fulgens lumine Cælico.  
Cur ergo gemimus si superum choros  
Inuisit, resonent sydera cantibus,  
Huius quique trophæa  
Læto dicite barbato.

I O.

IOSEPHI DE PIGHIS

Clerici S. MARIAE de SEBENICO.

**I**nuida quę lachesis præbet tibi pocula mortis  
Excipe, tum poteris suggere grata Dei;  
Illa necant corpus stygium spirantia uirus,  
Cælestis uitæ lumen, at ista parant.  
Ergo quid pauitatis mens, en tibi amara bibenti  
Vascula digna Deo plenaque rore manent.

IOAN. PETRI BACHETTAE

Clerici Reg. Congregationis Somaſchæ.

**F**lorida uel uento pinus percussa furenti,  
Fulmine uel diro, cæsaue falce cadit.  
Hinc spoliata iacet folijs; hinc frondibus altis  
Arrida nec matris vbera grata premit.  
Non secus æthereo succumbit lumine cassus,  
Caras linquit opes prædia culta, domos.  
Cui Mors atra dies fatali demetit ense,  
Vita fugit, mortis fulmina tetra vigent.  
Imperium cur ergo cupis? cur regia sceptræ?  
Et fluxas quaris cur moriturus opes?

EVANGELISTAE CORSONII

Clerici Regularis Congreg. Somaſchæ.

**D**ulcisonis Cycni, qui impletis cantibus auras,  
Vocibus, & Nymphas sollicitatis aquæ;  
Vnde cauis excussa sonat conuallibus Echo  
Murmure, & accepta verba sonora refert;  
Sistite iam letos mæsto nunc omine cantus,  
In querulos mutent impia fœda modos.  
Nam pater, heu fatum, vitales exiit artus,  
Quem lachesis dira falce subegit humo;

E

2

Illius

*Illius & resonet diuini pectoris ardor,  
Religio, & pietas, gloria, fama, decus.  
Corpus humo tegitur, fulget sed spiritus astris,  
Audiet ille grauis, si ferit astra sonus.  
Ergo luctisonum carmen se tollat ad auras,  
Hoc nequeunt Iuuenes, nam premit ima dolor.*

CHRISTOPHORI MERONI  
Cler. Reg. Congregationis Somaſchæ.

DISTICON.

**N**os fletus letos, reddunt & leta dolentes  
*Viuerè nam mors est, est tibi vita mori.*

EIVSDEM ALIVD.

**T**u ne iaces? heu quos titulos, tumulumue paremus?  
*Virtutes tituli, pectora sunt tumulus.*

MARCI ANTONII INVERARDI  
Clerici Sancti IULIANI.

**Q**uæ tibi tristitiæ causa est? quid sacra iuuentus  
*Funereo defles carmine mæsta virum?*  
*An quod concessit fatis? cesset dolor: haud hoc  
Flere decet; cunctis ista terenda via est.  
C'arum flere licet specimen virtutis, honesti,  
Quod secum ad superos vir pius abstulerit.*

ANTONII ALEBARDI  
Clerici Sanctæ MARGHARITÆ.

**V**esper; ut occiduus declinat lumina Phæbus,  
*Exiguam terris mittit ab axe iubar.*

Lucifer

*Lucifer ast factus, nitido splendore coruscet,  
Nuncius, & lucis gaudia leta refert.  
Sic dum Cælestes, Baptista abiturus in auras  
Degeret hic vitam, lumina parua dedit.  
Nunc quod sydereæ, & Cælesti sede potitur  
Splendet ceu clarus lucifer ante diem.*

RAPHAELIS MAINARDI  
Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ.

DIALOGVS.

VMBRA, ET HOMO.

**Vmb.** **Q**uid tristis defles? rapida me morte peremptum?  
*Parce precor lachrymis, vero nam lumine solis  
Perfruar, & cursum dederat quem vita peregi.*

**Ho.** *Ast iacet exanimum corpus, nigrumque colorem  
Attrahit, en lachrymis sua quisquis lumina obortis  
Irrigat, & gemitus fundit, cantusque lugubres.*

**Vmb.** *Cedant iam lachrymæ, tristes & corripe fletus,  
Vermes corpus habent, quod donat terra recepit,  
Spiritus at postquam tenues excessit in auras,  
Tunc agilis Diuum Cælesti in sede locatur.*

**Ho.** *Ergo dira nimis lach- sis cum stamina scindit  
Viuerè dant superi? Vmb. Remanet fœlicior aura,  
Quam nec pœna premit, nec tristis cura fatigat.*

**Ho.** *Est ne hæc vita tibi fœlix? Vmb. Est, nectare Cæli  
Perfusa in superum uigeo commissa quiete.*

**Ho.** *Fœlix Vmbra, rogo, medio quo tuta quiescis?  
Vmb. Hoc iter alma dedit uirtus. Ho. Virtutibus ergo  
Efficimur læti; patimur nec numina mortis?  
Persequar has igitur fœlix, ut uita supersit.*

P. A. V.

PAULI QUADRII  
Clerici Regularis Congregationis Somaſchæ.

O D E.

MONOCOLOS.

**V**itæ inuisa dies imminet omnium,  
Nec quamquam varijs fugerit artibus  
Inſtructus, celebris quiſque lætitiæ  
Prolis, dirus adest, noxius omnibus  
Peſ, firmat propius fatum adamantinum:  
Nam cæca miſeros ſorte, natantia  
Cogit quosque uiros lumina conderẽ,  
Nomen iure dedit, qui pater omnium  
Mortis, quid repetis? fers male traditum?  
Immo nec potuit conuenientius,  
Cum ſint orta meis irrita legibus  
Vaſti nec maneat axe ſub ætheris  
Supponant pedibus quin caput inuidis.  
Mortalis ſapiens, iam tibi conſule  
Hunc poſtquam fragilem ſub iuga miſero  
Velox ad tua me limina perferam.

IOANNIS MARIAE VANTI  
Clerici Sancti THOMAS.

**D**um ſuperare uirum tentas, Mors inuida, falce,  
Delere & clarum nomen in orbe putas:  
Vinceris, en totum uolitat iam fama per orbem,  
Et micat inſignis cum pietate fides.



IACO-

IACOBI CARRARI  
Clerici Sancti BENEDICTI.

**Q**uæ munit uirtus, caderent ni pectora morte  
Spiritus haud poſſes carpere ad aſtra uiam;  
At ſtultus terris præfers ni ſydera: Cælo  
Eſt ſine nocte dies; hic ſine morte mori.  
Spiritus ergo lubens mortalia linquito membra,  
Aethera ſcande, tibi uita perennis erit.

BERNARDINI BONFADII,  
Clerici Regularis Congreg. Somaſchæ.

**H**uc huc Pierides greſſum accelerate ſorores,  
Ferte roſas, Contareni date thura ſepulchro  
Muneribus Baptiſtam ueſtrum ornate ſupremis,  
Hoc pietas, pius hoc ueſter præcepit Apollo,  
Hoc idem ſummus genitor non immemor unquam  
Quantas ille graues curas, quantosq; labores  
Pertulerit, Veneta dum uobis Vrbe ſacellum  
Conderet, & u ſtros gremio ſeruaret alumnos,  
Flectite iam ueſtros Heliconis numina cantus.

Calliope.

Baptiſtam heu tetricæ nobis rapuere ſorores,  
Non rapiant auo, ſemper Baptiſta manebit.

Euterpe.

Quid tandem rapuere? nihil: ſi corpus in urna  
Conditur; ætherea ſpirtus regione potitur.

Clio.

Nulla dies mærore caret, mors meta malorum eſt,  
Hinc felix fato qui propiore cadit.

Erato.

Haud quaquam, infelix ergo Baptiſta iaceret,  
Felix eſt fato, qui meliore cadit.

Melpo-



Melpomene.

*Cui uiuo superi fauere Diui  
Extinctus nitidis triumphat astris.*

Thalia.

*Vixit in terris pietate fultus  
Hic, pari nunc officio repensus  
Emicat Cælo, peñibusque clara.  
Sydera calcat.*

Polyhymnia.

*Quas tibi iam uiuo legi festina corollas  
Has tibi defuncto corpore leta fero.*

Terpsicore.


*Vine diu sælix, celso dignetur olympo  
Te Deus hic uirtus, gloria, fama, uiget.*

Vrania.

*Te Cælo Gemini, & Vergi iæ uagæ  
Expectant hilares, iam fruere optime  
Sis sælix, pietas hæc tibi præmia,  
Et recti studium ferunt.*

Musarum Chorus.

*In fletum dedimus satis,  
Vel certe nimium, corda, oculos, genas;  
Nam si perpetuus sopor  
Postquam lethifera lumina clauserit  
Umbra, sydereis pius  
Inferri domibus, nectare nobili,  
Dignos credimus effici  
Nil multi gemitus, nil lachrymæ iuuant  
Sed leni tumido decet  
Ereptum pelago carmine prosequi.*



Ἐπὶ τῇ τοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς τελευτῇ,  
Ἰωάννου Βαπτιστοῦ Κονταρίνου.

Παῖδες νεπέαχοι πάντες κὶ μείρακες ἄλλοι  
Ποῦ γῆς εἰμείων νῦν μὲν εὐκλεία,  
Πάντ' ἄχρ' οὐδ' ἔτι ἐστὶν θαλπωρήτε κὶ ἦδος  
Πάντατε ὄμμασι ρα νῦν σενόεντα εἰμοῖς.  
Οὐράνιον θεῖντε, ἴον νυ προσῆλθε, τι κλαίεις  
Οὐχθόνα τὴν φαῦλην ζῶδια λαμπρά, ἔχεις.

Ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπιφανεστάτου ἀνδρὸς τελευτῇ  
Ἰωάννου Βαπτιστοῦ Κονταρίνου.

Δεκάστιχον.

Ἐς χορὸν ἐλθοῦσαι ἀλὸς Ἀδριακῆς γε γενέθλη  
Νύμφαι, τοῖς πᾶσαι ἦκετε δεῦτε λ' οἴοι.  
Τυμέσθ' ἡδιστοῖς ποτε θελγῶσ' εἴπεσιν ἄστρον  
θεσπίας ἀλγυνῶς ἀδετε γύνγε μέλος.  
Τέθναε λαμπρὸς ἀνὴρ ἀρετῶν εἰς ἥλιος ἄλλος  
φωτισιλβάσας, πατρίδι μὲν χάρις  
Τῷ θεοῦ ἰουσεβεί ἐν εὐθεσσι μὲν' εἰσὸν' αὐτῆ  
Ἥδανε, πᾶσι φέρειν χερσ' ἔπεσιντε χάριν.  
Ἥδ' ἐπικρούρου φωνήτ' ἀμφίεποντος  
Ἐκλείπει, συγαῖ ὑμμεσ ἱρεῖτε θεαί.

IN DETRACTOREM.

**H**æc nos Castalides sacræ docuere sorores  
Et Iuuenes Phæbo scripsimus ista duce;  
Garrula si nimium potius quam culta videntur  
Fructus sunt tenues, quos noua planta refert  
Hos diris quamuis decerpseris improbe, dictis  
Promeritum minuent non fera dicta decus.  
Carnibus enudata canis dum rodere tentat  
Ossa, sibi dentes extrahit ore miser  
Non secus eueniet, si quæ dictauit Apollo  
Musarumq; cohors, carpere dicta uoles.

NENIA,  
SOPRA LA MORTE  
DEL CLARISS.  
SIGNOR GIO. BATTISTA  
CONTARINI.  
DI PAOLO ARGENTINO.



*Q*uel, che gouerna il cielo, e gli elementi  
Con giusta eterna legge, e con impero  
Soaue, opra quà giù con sì temprato  
Ordine, che non dè morta, e audace  
Por ne gli effetti suoi l'ardita lingua;

*Q*uindi se mugge il ciel, se densa nube  
S'apre repente, e par, che versi il mare,  
Se i caldi raggi del celeste sole  
Rendono aridi i campi, e sitibondi,  
Se muore, ò cresce la pasciuta greggia,  
Venga successo al fin'ò lieto, ò mesto,  
Chinar l'altiero capo, e le ginocchia  
Deue à terra piegare, e quando il Sole  
Ci porta il giorno, e all'hor, ch'oscuro velo  
Stende la notte, e l'Hemispero ammantà.

*B*en tu, che sei mia scorta, alta Reina,  
E sedì'n cima dando a i sensi legge,  
Questo conosci à pieno, e sai frenare  
L'orgoglio lor, s'auuien, che troppo insani  
Bramino opporsi à le sacrate voglie,  
E pur godi tal'hor, quando rapiti

Da

*D*a souerchia allegrezza, ò gran dolore  
Escono de i prescritti lor confini,  
E'ngombrando'l pensier di varij oggetti  
Snodan la lingua in difusate forme:  
Ma non sì tosto vedi il rio camino  
Al precipitio, in cui senza'l tuolum  
Cadono, che tu saegia il fren lor poni.  
Deh se mai concedesti, ò Dea sublime,  
Che io potessi sfogar doglioso affetto,  
Hor dammi, ch'il dolor acerbo, e graue  
Da me trabocchi in lagrime, e sospiri  
Vniti à queste dolorose voci.  
Oime diletto Padre, e pur vero,  
Ch'i figli tuoi sì cari, è nel tuo grembo  
Dolcemente nudriti, hor abbandoni?  
Oue, lasso, ten vai? Deh ferma il piede,  
Non fuggir sì veloce, odi le strida,  
China l'orecchie à le queuele, à i pianti.  
Oime, che gelida vrna, e freddo sasso  
Chiudono il corpo essangue, e l'alma à volo  
Partita s'è da questo vil soggiorno.  
O Ciel tranquillo, porto à sì bell'Alma,  
Come fu caldo, e acceso'l tuo desire  
D'apri ti, e darle il meritato seggio?  
Prìa languendo gemesti, e sospirasti  
Per la lunga dimora, che nel Mondo  
Trasse, ma ben per noi pur troppo, abi, breue,  
Gioisti poi tutto ridente, e lieto,  
Quando salì lo spirto a li tuoi giri,  
Accogliendo'l bramato hospite in seno,  
Non così la Città famosa, e rara  
Del possente Leon, c'hor geme, e piange,  
Doue nel rimirar l'inuitto Heroe  
Ad infinite gioie il core apria.  
Perche d'Almo candor, di puridade

F 2 Ac-

Acceso in questi bassi, e impuri chioftri  
Viſſe coperto sì d'humano incarco,  
Ma con lo ſpirto à Dio ſempre riuolto  
Da lui di pietà vera illuſtri eſſempi  
Prendea ciaſcun, da lui ſanti coſtumi  
Vſcian come dal Sole ardentirai,  
Ch'arder poteano i piu gelati cori,  
Qual Numa inalzan le uetuste carte?  
Qual Catone? Qual Manlio? ò qual Pericle?  
Cedano al Gran Battista. Ah che ei ſormonta  
Mille per ſanità lodati, e chiari?  
Ne queſta pur in lui poſe il ſuo trono,  
Ma ancor l'Alta Minerua, a cui ſacrato  
Fu da primi anni, e'n ſi felice arringo  
Tolſe ad ogn'un la deſiata palma,  
Soſpinto da bontà congiunta inſieme  
A profondo ſauer (qui vengo meno,  
Quà gli occhi miei ſon già conuerſi in fiume)  
Quattro luſtri varcaro, e correa l quinto,  
Scelſe di giouentude ornata ſchiera,  
Quaſi tenere piante, e'n chiuſo loco  
Miniſtrò lor poſſente, e viuo humore,  
A pena roſſeggiar la vaga aurora  
Scorgea nell'Oriente, e al chiaro giorno  
Moſtrar la via, che deſto à la coltura  
De gli Alberi nouelli ei s'ac: ingea.  
A queſto. perche intorno alta radice  
Ma igna herba non ponga s'ange, e cura,  
Quell'altro, cui natura, & arte inchina  
Creſcendo à produr frondi, fiori, e frutti,  
Con dolce induſtria, e con leggiadra mano  
Soſtiene, aiuta, e a fine atteso indrizza.  
Da le brume, tempeſte, pioggie, e neuì,  
Dal fiero gelo, e dal cocente ardore

Men-

Sempre mai gli diſeſe à merauiglia,  
Abi, che non può ridir la lingua mia  
Quel, che ſtā ne la mente ſcritto, e impreſſo.  
Queſte luci fan fede, e queſti ardenti  
Soſpir, che dal mio petto eſcono a mille,  
Quali fiamme d'Amor, e di pietade  
Sfauillaſſer ver noi ſuoi amati figli,  
Come ſquallidi ſiam? come turbati?  
Qual' hora ſpente le due chiare ſtelle  
Miriam, la fronte pallida, e le guancie  
Liuide, e tente di color di morte,  
Oime, che tronche ſon quelle parole,  
Che potean ſerenar l'irato Cielo,  
E ſedar, quando egli è piu fiero il Mare,  
Oime quel dolce viſo è già ſparito,  
Onde lume n'vſcia sì uago, e puro,  
Che diſgombrana ogni grauoſa ſalma  
De torbidi penſier dal petto afflitto,  
Oime, che quelle man eburnee, e ſante,  
Che diro ad infiniti e cibo, e vita,  
Hor neghitofe ſtan fatte già terra,  
Oime quel Contarino, in cui ſplendea  
Bellezza di virtù, di leggiadria  
Ornamento del Mondo vnico Padre  
A ſconſolati, miſeri, e dolenti  
In diſpictato marmo eſtinto giace.  
Inuido Auel, che mi contendi, e nuoli  
Si caro og getto, e coſi altier ten vai  
Di tal teſoro, oime, crudele almeno  
Eſſer non dei, perche, laſſo, mi aſcondi  
Quel grato aſpetto, il cui ſembiante ha forza  
D'ammollir per pietade ogn'aſpro core?  
Ma ſtolto, che vaneggio? Abi che pian' piano  
Scorgo la Dea, che mi richiama, e dice,  
Non piu, li ſenſi affrena, il gran Dio loda,

F 3 Non

Non sai, che ogn'un al fin di Morte è preda?

### DEL MEDESIMO.

Mentre il gran Contarino  
Visse, co'l rio Serpente,  
Che l'Alme assale, guerreggiò souente  
E souente di strinse  
Ardito sì contra lui il ferro ignudo, ..  
Che lo confuse, e vinse:  
Presago hor de l'asalto via piu crudo,  
Non giace, Nò, non langue,  
Ma intrepido, e costante  
Preso di Fè lo scudo, ..  
E ferme al suol le piante,  
Benche di Morte ne le fauci essangue  
Disca. cia a' Laghi Auerni il rigido Angue.

### E I V S D E M.

Hunc Deus in Cælum reuocat, mærore sine vllò  
Paret, qui cultor Numinis vsque fuit,  
Nec de more iacens, ac stratus membra, sed ecce,  
Vt Cælo fixus lumina, stansq; obijt.

### IOSEPHVS BONFADIVS Ecclesiæ D. BENEDICTI Præsbyter.

V Astoruentes proterere impetu  
Fortes cohortes quid inuat hostium?  
Latoque paventes habere  
Imperio populos feroces, ..  
Si quis pudenda labe cupidinis  
Insanientis sponte ferat iugum,  
Et Stultus in clementiori

Ser.

Seruiat arbitrio tyranni?  
Illa est triumphæ laurea nobilis  
Baptista viuens quam tu i integrè,  
Sui potentem mentis alta  
Indomitos cohibere fastus. ..  
Alter labore sollicitus diu,  
Latumque clauum nobilis ambiat  
Petito, & quoscumque supplex  
Per fora, perque vias adoret,  
Cælo ille terras, & mare misceat,  
Cingat tiara vt punicea caput, ..  
Et septus insigni cæterua  
Prodeat innumeris quadrigis.  
Nomen superbis molibus inlytum,  
Quærat struendis alter: erit decus  
Insigne Contareno in auium  
Præcipuos meruisse honores. ..  
Nam fluxa, vulgus quæ artonitum stupet,  
Fallacis auræ munera, sed breuis  
Fert hora, verni floris in star;  
Hæc nihili generosa duxit.  
Mens illa, re Et consilij tenax,  
Fraudis malignæ nec sibi conscia,  
Consulta, rerum nil beatum  
Quam foret & metuens futuri. ..  
Hoc illi amicum sed miseros fuit  
Aegros iacentes visere sedulo,  
Lenire mærentesque dulci  
Voce, suisque opibus fouere.  
Idem paternis cresceret ut pius  
Aris sacerdos plurimus, extudit  
Examen, ornauitque princeps  
Egregia sobole refertum,  
Quæ læta eodem sub lare degeret,  
Omnesque castæ Palladis impigra

Iter

Iret per artes, & sacratis  
 Pergeret inuigilare chartis.  
 O qua uirorum gesta nepotibus  
 Loquenda seris, ne premat inuida  
 Aetas, & atra nube condat  
 Nox ueniens, prohibes Camæna  
 Terras in omnes tu celebres uiri  
 Extende laudes, ut meritum ferat  
 Insigne uirtutis, quod omnis  
 Posteritas memor usque promat.




Ιωσήφος ὁ Βομφαδῖος.

Βαπτιση θαλερον εσφος αμπλεκε Παλλας ελαια  
 Καλην ανδρι φιλω αντιφερυσσα χαριν.  
 Αισθομενη δ' ηρη, ο γε δωρα τα ημετερ' ειπε  
 Ασπασα θνητοις ουδεν ετισε μόνος.  
 Αλλ' εμπις εθελω μεγαθυμος οι εγγυαλιζαι  
 Αθανατον δοξην, ουνοματ' αιδιου.  
 Μελιχιον δ' ενθα μειδησασ' η Κυβερεια,  
 Μη δητ' ω' γαθεμου νω' αζερασος απει.  
 Αλλα γλυκω λαοις σεθεν ημερον εν φρετιν ορσω,  
 Κην μευ αντιπαλον δεινον εοντα πανυ.  
 Ουτως ο Κωνταρηνος εϊσιν εμμορε τιμης  
 Πανταχοθεν κρατεων ην δια σωφροσωην.



IOAN. MARIAE SPADONI  
 Clerici Veneti Seminarij Patriarchalis Alumni.  
 IN EODEM FVNERE.



DIALOGVS.

Apollo, Musæ.

Ap. **D**elicias postquam nostras fera numina Parca  
 Contarenum acri surripuere manu;  
 Fas equidem statuo pro Religione rependi  
 In nos, atque fide premia iusta sibi;  
 Scilicet exequias, solennesque, ordine pompas  
 Musarum ut soluat docta caterua viro.  
 Actumulum Aoniæ congestum in vertice montis  
 Purpurea inducas candida Nai rosa:  
 Hunc, & Hamadryades sylvarum sceptrâ gerentes  
 Arboreæ viridi frondis honore tegant.  
 Mus. En tibi nos alacres eadem sententia iungit,  
 Tu Dux in tanto munere noster eris.  
 Nereidumque madens creber caput exeret undis,  
 Et ueniet supplex ad pia uota, eborus;  
 Cæruleo quarum in gremio nutritus, & unde  
 Contarena genus ducit honesta Domus.  
 Ap. Sic decet. exequijs post hæc de more solutis  
 Quisque suo laudum munera Marte ferat.  
 Et tumulum signate notis, & carmine Marmor  
 Quod legat hæc carpens sæpe uiator iter.  
 BAPTISTAE hunc tumulum musarum Turba Patrono  
 Sacra suo struxit, quod sibi suasit Amor.



Eiusdem.

ELEGIA PRIMA.

**H**eu noua iam languent extincto Cermina sole  
Quorifere diu sospite læta satis  
Languida nec uerno quamuis tepesacta calore  
Audent iam teneras tollere, ut ante comas  
At, licet occiduo uestris, se abiuixerit oris  
Corpore, ab æthereis spiritus almus alet.  
Ergo sit lachrymis modus, illumque astra petentem  
Musarum lætus concomitetur honos.

De Eodem.

ELEGIA SECUNDA.

**Q**uid iuuat elapso pallentem tempore morbum  
Tisiphonemque feros implicuisse dolos,  
Exitio ut pereat supremo, & inanibus umbris  
Contarena atris occubet umbra stygis?  
Cum Pater omnipotens fatorum mouerit ultro  
Arcana, ut superum regna beata petat,  
Tam namq; egregia reliquos uirtute præibat,  
Præpetibus pennis quam Iouis ales aues.  
Vnde hominum, Diuumque sator properata piorum  
Indulfit meritis præmia digna suis.

EIVSDEM.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ.

Αδριάδες, Πιερίδες.

Αδριά. Τοῖς τόσον ἀγορῇ ἀνδρῶν διὰ δῶμα τρεχόντων  
Ἴρον, τίς μουσῶν ἦχος ὀδυρομένον;

Πιερί.

Πιερί. Ὡ πόποι οἱ πικρὸν γαῖε οὐχίκετο πέθος,  
Ἐξ οὐ μῦρ' ἡμῖν φίλτατον ἄνδρα ἔλεν;  
Κοντάρνου ἔλεν θεοείκελον, ὅς μάλα πολλὰ  
Κήτω ἐν ἡμετέρῳ δένδρα φύτευσε φύλαξ.  
Αδρί. Νῦν φρένας ἄμμιν ἔπεισι, κλέος τοῦ κ' ἤε μίγισον  
Ἡμείων μεγαροῖς ἐν πολιούσιν ἀλός.  
Τῶν ὑψιβρεμέτης δῶ ἐν νόον, ἠδὲ θέμισας  
Ανίρας ὄφρ' ἄλλους κ' πόλιος διέποι.  
Πιερί. Αὐτὰρ ἐπεὶ πάσιν πέπρωται μοῖρα βροτοῖσι  
Ουρανόθεν, συγερὸν πάυσαστε δ' ἀκρυ χέειν.  
Μᾶλλον δ' ὠδῆσιν παρεπαμεθα καλλιπέουσιν  
Ἰθθους ἀτρεκίως βάντιές ὄλυμπον ἀνά.

IN OBITU CLARISSIMI VIRI

IOAN. BAPTISTAE CONTARENI,

Prosperi de Gambaris cognomine Franciosi,

DIALOGVS.

Castalidum Chorus, & Alumni Seminarij.

Cast. **Q**uis dolor, heu iuuenes! lachrymas quis fletus obortas  
Miscet? & hic mæstus quid ferit astra sonus?  
Figitis aduersa quid tristes lumina terra?  
Astricta, & gelidum pectora frigus habet?  
Alū. Vos ne latet rerum memores, Hæliconis Alumnæ,  
Quæ modo ducantur funera mæsta rogis?  
Lux abiit, nostræ cessant, & lumina uitæ;  
Hinc tenebræ ortæ oculis, hinc nisi flere libet.  
Plectra dolore silent hærent, & uerba palato,  
Sunt procul, & blandis gaudia mixta iocis.  
Cast. Sistite iam fletus, lachrymas inhibete cadentes,  
Et tristes uestro pellite corde metus.


Vi-

Vidimus (& iussit celeres nos ferre per auras)  
 Scandere mox uestrum sydera celsa Ducem?  
 Ne me ploret, ait, tumulis mæstissima proles  
 Nam duce me æthercam semper habebit opem.

E I V S D E M.

Q Valis cærulei dum mulcent numina ponti  
 Aequora, nauta uehit per freta tuta ratem,  
 At dum miscetur magnis stridoribus æquor,  
 Huc, illuc nauem nauita tristis agit;  
 Haud secus æthereas noster dum duceret auras  
 Dux, pater, & custos æquora tuta dabat.  
 Dum subit at mortem, (heu hominum irreparable tempus)  
 Concitat Eurus aquas deuorat ossa dolor.  
 Hinc imo lachrymæ manant e pectore: fœtus  
 Amissos queritur, sic philomela suos.

F I N I S.



קינה על מות השר יוחנן  
 באטיסטה קונטארני זל


והוא הראשון שיסד בית המדרש  
 בעיר הזאת המהוללה:

|                    |                  |                    |
|--------------------|------------------|--------------------|
| הַן                | זֶה בְּשֵׁדָה    | עוֹלָם הַיְהוּה    |
| זֶרַע זֶרַע        | הַצְּדִיקִים     | פְּרִי הַטּוֹב     |
| עֵתָה קוֹצֵר       | אִו בְּשִׁחָקִים | גַּם רַחֲמָנוּת    |
| נֶאֱצַר מֵאֵל      | כָּל עֲסָקִים    | לֹא יוֹם וְלַיִל   |
| חֶסֶד צְדָק        | הַקִּים בְּעִיר  | בֵּית אֹוֹל פְּנָא |
| לֹא יוֹם וְלַיִל   | לְמוֹד בְּקִים   | לְקִנּוֹת חֲכָמָה  |
| בֵּית אֹוֹל פְּנָא | הַמְּפֹזָרִים    | אִם אֲבִיוֹנִים    |
| לְקִנּוֹת חֲכָמָה  | מִתְדַפְּקִים    | הֵם עַל הַדָּ- לַת |
| אִם אֲבִיוֹנִים    | נַעַר            |                    |

|                   |                   |
|-------------------|-------------------|
| בְּחֹר זֶקֶן      | נֵעַר וְטָף       |
| הַעֲתִיקִים       | וּבְנֵי הָאִישׁ   |
| הַכִּין לָהֶם     | מָקוֹם לָלִין     |
| בְּחִיבוּקִים     | וּמִקְבֵּלִים     |
| עַל רֵאשׁוֹ       | נִיזַר הַקּוֹדֵשׁ |
| בְּמַחֲוֻקִּים    | בְּעֲרֻכּוֹת שָׁם |
| עִם תַּעֲנוּגִים  | לֶךְ קוֹל רִנָּה  |
| עָה כְּאַפִּיקִים | לָנוּ (הַה) דָּמַ |

Pauli Quadri Clerici Reg.  
Cong. Somafcha.







BIBLIOT. AP.  
Stam

